

Vinger?

146. 10



# Breuissima

maximeque compen-  
diaria conficiendarum epistolarum for-  
mula; per Erasmus Roterodanum.

Impressum Landshut.

Anno. M. D. xxi.

# D. Erasmus Roterodamus

Petro Paludano.

**N**osti me tandem humanissime P. Zubes toties efflagitatus a nobis scribedarum epistolarum ratione. Sed vide interim dum tua more genero voluntatis quantis me calumniis ipse obiecerim. Quid tandem citrici dicent: imo quid non dicent ubi viderint me ausum tractare rem a multis tam diligenter ac scite tractatam: Dis tu inquit, Penelopes telam retexere post tantos autores: Aut eadem dicas necesse est aut deteriora, quorum alterum supervacaneum est alterum etiam perniciosum. Ego vero quanquam multa alia habeo quae respondere possim, unum hoc tamen dico nullius qui de hac re aliquid conscripserit, me vestigijs inhaerurum. Accipe itaque brevissimam, maximeque compendiarum conficiendarum epistolarum formulam, tibi que hoc unum persuadeo, non verbis tantum illas, sed arte etiam indigere. Vale saluta amicos communes.



# Epistola definitio.

**E**pistola varie a scriptoribus latinis definitur, sed eodem pene sensu. Libanius sophista graecus epistolam finit hoc modo: Epistola est absentis ad absentem colloquium. Porro colloquium sermonem familiarem interpretamur, ut intelligamus epistolam nihil fere a communi sermone quotidianarum colloquutionum differre, nimisque errare eos, qui tragica quadam grandiloquentia in componendis epistolis utuntur, atque ibi omnes ingenij vires effundunt, atque splendorem quarunt, copiaque et ostentationis gloriam, ubi minime opus est. Esse enim epistolicus stilus simplex debet, ac veluti negligentiusculus. Nam est etiam quaedam negligentia diligens. Exempla sunt Plinii Cicerij epistole, acutae, elegantes, expresse in quibus nihil nisi domesticum, quotidianum. Sed omnia tamen latina, casta, ornataque leguntur. Cumque sit stilus ille multa arte atque ingenio cultusque subactus atque elaboratus, illaboratus tamen ac bene subitus atque extemporarius videtur. Observandum vero illud in primis est, fugienda esse verba accersita, antiqua, nimium affectata, repetitaque ex aborigenum saeculis, quibus hodie plerique corrupti et cacoseli utuntur, verba nova atque inusitata anxie quaerentes, ut doctiores videantur. Neque existimantes rerum gratia verba esse inventa, scribete ita. Horatio in arte poetica. Item tibi socratice poterunt ostendere charte. Verbaque praeviam rem non in via sequuntur. Supervacaneum quidem pene fuerat post M. T. C. ac fabium Quintilianum idem toties repetere, nisi quidam hodie reperirentur verborum aucupes, atque anxij captatores, qui vnius verbi causa tantum epistolam condere parati sunt. Cumque voculam unam longo labore quaesitam, epistolae inseruerint, putant se palmarum fructum reperisse. At tunc maxime suam barbariem ac balbutientiam indicant.

## De exercitatione et stilo capitulo. j.

**A**put igitur illud primum sitrem totam acutae ingeniosae, prudenter disposuisse. Quando in tanta latinae linguae opulentia, verba propria, apta, atque ad rem ipsam significanda nata, deesse non possint. Exercitatione itaque opus est, et stilo non mediocri. Scribendum vero quamplurimum et quamdiligentissime. Quoniam stilus optimus effector est, et magister dicendi, ut apte apud Liceronem Crassus ait. Et ut terra altius effossa, generatiois athen

disq; seminibus fecundior est sic pfecto nō a summo petitus stilus, studio-  
 riorum fructus effundit vberius & fidelius p̄tinet. Primum itaq; summa  
 sollicitudine ac stili diligentia vtendum. Sed nec sine frequēti assiduq;  
 scribendi exercitatioe extemporalis facultas amplissim<sup>o</sup> certissim<sup>o</sup>q;  
 studiorum fructus nec solida dicendi fiducia parari potest. Stilus itaq;  
 frequens et opulentiam nobis parit copiāq; sermonis, et mirabile  
 adfert dicendi scribendiq; promptitudinē. Porro tardus primū stilus  
 esse debet et diligens, cū varia multipliciq; authorū lectioe habendus  
 est, & pondera examināda. Neq; occurētibus primū verbis, ac statim  
 sese offerētibus incaute vtendū est, vt quidam faciūt, captantes prima  
 quaq; atq; auide arripiētes. Suspecta est em̄ facilitas illa, qua pleriq;  
 impudētē exultant & gloriātur. Quare Salustiu costat, Quintiliano  
 referētē, in scribēda historia fuisse tardissimū, et Vergiliū paucissimos  
 indies versus cōponere solitū. Nūquā pfecto foeliciter inueniet, neq;  
 apte collocabit, neq; ornate scribet ac polite qui primū et stilo et iudi-  
 cio lento vltus nō fuerit. Mora em̄ melius solidiusq; iudiciū paratur, re  
 frigescitq; inuentiois amor. Quare fallunt, qui multa stilo, primū, quam  
 velocissimo scribere conētur. Diligentia em̄ in primis opus est, quanquā  
 mor et foeliciter sequitur stilus et vberior, ac promptior. Celeritatē em̄  
 dabit consuetudo (vt fabius ait) paulatim res sese facilius ostendent,  
 verba respondebūt, cōpositio sequet, cuncta deniq; vt in familia bene  
 instituta in officio erūt. Ceterū fugiēda est eorū morosa nimis diligen-  
 tia, quibus nullus ē seipos calumniandi finis, et quib; nihil vnquā satis  
 placuit. Neq; em̄ promptū est dicere, vter eorū peccet validius, is neq;  
 cui oīa sua placēt, aut cui nihil satisficit. Relinquēda est infinita illa cu-  
 ra, et curanduz, vt quamoptime scribamis. Sed scribendū tamen pro  
 facultate, adsit ergo ipsi diligentiae quidam modus.

¶ De imitatione Capitulo. iij.

**Q**uonia vero artis pars magna imitatione cōtinetur, ab auto-  
 ribus lectione dignis, verborū sumenda est copia, et varietas figu-  
 rarum, vt cū ponendi ratio, ad exemplū virtutū oīm mens dirigenda  
 est. Stultissimū vero est, vt Plinius in epistolis ait, nō optima quāq;  
 ibi ad imitandum p̄ponere.

¶ Circa imitationē exactissimo iudicio opus est.

**Q**uapropter exactissimo iudicio circa hanc partē studioz  
 opus est. Examināda sūt oīa, primūq; videndū est q̄s imi-  
 temur, imitandi vo sine p̄traversa sūb quos m̄torū sacu-  
 lorum cōsensu pbauit, atq; i epistolis Cicero, quamquā  
 latinæ eloquētiæ p̄iceps, plus naturæ dicat habere, quā artis. Plinius  
 vero plus artis ac diligentiae. Vterq; tñ optim<sup>o</sup>. Sed nec hij soli legen-

legendi em̄ sunt, & alij, qui sese ad veterū imitationē cōpararunt. Quibus  
 Policianum iure adnumerandū censeo, p̄pter incredibile rerū nitorez  
 exactamq; diligentia, q̄ in quibusdā eplis est vltus. Seneca vero doctis  
 tantū legendū putat, quod quāquā erimia vir doctrina fuerit, stilo tñ  
 vltus sit sterili et circūciso, quū secundariis scriptorib; alenda sint a  
 dolescentū ingenia. Alioqui magnas v̄tutes in eorū quātū ad mores  
 modo p̄tinet, sed etiā ad l̄ras ac eloquutionē nō difficile d̄phendēt hij  
 qui tñ varia lectioe versati fuerint. Nec legende mō epistole cōp̄quos  
 imitari velim, sed scripta aliis quēcūq; ad p̄brasm p̄fectamq; eloquē-  
 tiam faciūt. Item sicuti nō vni<sup>o</sup> generis sūt epistole, sic nec eiusdē gene-  
 ris scriptores nobis eligēdi. Quare q̄ ex oīi albo opey Marci T. Ci-  
 ceronis epistolas tantū eligit aut officia Ciceronis sese discipulos p̄fi-  
 teri nō debent. Legendus est em̄ tot<sup>o</sup>. Quippe q̄ varius sibiq; dissimilis  
 vt in vario dissimiliq; genere materiae.

¶ De iudicio Capitulo. iij.

**I**mitationi itaq; subest iudiciū, nisi em̄ iudicio app̄hendat, non  
 modo nihil p̄dest, sed obest etiā p̄ncipiosissime. Videnduz igitur q̄  
 nobis imitādi sint, ne corruptissimos p̄ optimis ac p̄batissimis deli-  
 gamus, Porro qui Ciceronē sibi ducē atq; ante signatū p̄posuerit, ne  
 qua eloquētiā, neq; acuminis, neq; dispositiois p̄cēnitet v̄tq; fallū-  
 tur tñ, qui existimat imitationē p̄ se sufficere. Verū est em̄ illō Quintilia-  
 ni pigri ingenij est p̄tentū esse h̄s, quæ sūt ab alijs inuenta. Quid em̄ in-  
 quit ille, futurz erit p̄oibus illis quæ sine exēplo fuerūt, si hoies nihil  
 nisi quod iā cognouissent, faciendū aut cōgitandū putassent. Nampe  
 nihil fuisset inuentū. Quare recte exclamat Horatius in imitatores, O  
 imitatores seruū pecus, vt mibi saepe Bileus saepe iocū v̄i mouere tu  
 multus. Et p̄fecto nemo potest eū æquare, cui<sup>o</sup> vestigijs sibi v̄tq; insi-  
 stendū putat. Necessē ē eodē fabio authores vt semp sit posterior, qui  
 sequit. Et sunt quædā in oīone maxia, quæ imitabilia nō sūt, ingenium  
 inuentiois facilitas. Arte igitur opus ē et p̄ceptis, deinde imitatione et  
 iudicio. Postremo frequēti stilo ac exercitatioe. Ceterū orit̄ questio, an  
 scribendaz epistolaz ars aliqua dici possit. Quidā em̄ naturalī ratioe  
 et q̄tidiano latinorū p̄mone p̄tenti arte esse aliquā scribēdi negant. Et  
 n̄s hanc ridēt diligentia, exēplo magni nominis p̄fessorū, q̄rū aliquis  
 interrogatus quid esset schēma & Maxima. Nescire si quēdesit si opus esset  
 esse in sua declamatioe r̄ndit. Alter p̄contat̄ Theodoreus ne an Apol-  
 lodoreus esset. Ego inq; p̄ nullari<sup>o</sup> sum. Sed q̄s ē adeo nō ab eruditio-  
 ne mō, sed p̄muni sensu remotus, vt fabricād̄ interēdit, et e luto vasa du-  
 cendū, arte aliquā esse putet, p̄mone autē quo nihil est scdm̄ rationē p̄e-  
 stantius, arte ac p̄ceptis nihil egere. Nō dissimulandū tñ quosdam cō-

tra sentire quidam scz familiarissimeq; epistolis nullū adhibendū artificium rhetoricū esse sed cōstare illas naturali quōdam sensu et communi orōne. frustra q; ad artē cōfugere cū qui epistolā ad amicū de re inopi nata ex tpoze scribere voluerit oblatō scz argumēto nō quesito p̄senti em̄ cōsilio vtendū esse q̄ nihil est in stilo magis p̄cipuū q; varīe et ad rerum momenta vertit. Expedi em̄ interdū mutare ex cōstituto et tradito ordine aliqua et nōnūquā decet vt in statuis ac picturis videmus variari habitus vulnus status p̄ re nata. Accirco vtilitas quibusq; p̄ceptis et m̄ḡorum auctoritatibus p̄ferenda est sed ita tñ vt artis ipsius ratio et frequētia sit et potior. Quo magis ridiculi sunt qui om̄es epistolas in saluationē exordii narratōes et p̄clusionē partiunt̄ ique ijs putant totā artē cōsistere. Neq; ijs simul oibus semp̄ sed nec frequēter admodū opus est atq; vt in orōnibus pleraq; mutant̄ causas tēporibus necessitate occasione. Itaq; in epistolis maxime quæ et vario cōstant argumēto et ad diuersi cū generis tū ordinis tū ingenij homines scribunt̄ nec vno tēpore nec loco. Prudētia itaq; opus est artis ipsius vel socia v̄l parēte. Qui em̄ ex vno p̄scripto loqui oīa v̄l scribere conātur virium paz̄ habeant necesse est. Qui v̄o nūquā p̄cepta sequunt̄ et quo se cūq; rapit impetus sequunt̄ percurruntq; velut effusis habent̄ soluti et fluentes m̄lta licenter effundit̄ scz sine delectu. Quare vtriq; rei adhibēdus ē modus. Quā v̄o cōsistendū illd̄ doctrinā detrabere aliquid stilo vt limā rudibus et cotes hebetibus et v̄ino vetustatē vitia tamē detrabit atq; eo solo n̄ minus est qd̄ lre p̄polierunt quo melius est vt fabius inquit. Nec audiēdi illi qui maiore vim habere credūt ea quæ nō habēt artē vt effringere quā aperire rumpere quā soluere trahere quā ducere putāt esse robustius vt Quintilianus scribit. Videtur quidē indocti copiā habere maiore qd̄ dicant oīa et nulla lege cōhibentur sed soluti et ex leges impetū sequunt̄ quū doctis electio sit et modus. Nā ergo illa est vis sed violentia nempe eorum qui sine labore sine ratione sine disciplina d̄sertos sese videri volunt.

¶ De tribus generibus causarum.

**Q**uoniam ergo tria sūt causarū genera quib; orator vtitur demonstratiū deliberatiū iudiciale vt Ciceroni et Quintiliano placet ad hęc tria epistolaz̄ species om̄es esse reducendas facile his intellegit qui latente in veterū epistolis artē exc̄tere aliquando tentauerit queq; fastidito triviali isto scribendi ac loquēdi ḡne legē sequi certaq; rationē maluerit q; passim ac sine delectu tumultuare. qd̄ infra latius explicabit̄.

¶ Demonstratiū genus.

**D**emonstratiū genus cōstat laude et vituperatione quod quidē primo ad ostentationē fuit cōpositū mox etiā a Romanis nego-

cijs ciuilibus adhibitū. funebres em̄ orōnes ex publico pendunt interdum officio atq; ex senatus p̄sulto sepe magistratibus mādan̄. Domini v̄o laus ex animo et corpore et extra positis peti debet vt et Aristoteli et Quintiliano placuit. Ad itaq; genus referendæ sunt epistolæ que v̄l laudāt aliquē v̄l vitupant̄ ea ratioe quæ sup̄ posita est. Suis generi est epistola Plinij cuius p̄incipiū ē. Si quādo vrbe nr̄a rē. Primo ex p̄bratē philosophū Plinius ab animi bonis eximissq; virtutibus vt humanitate et eloquētia deinde a bonis corporis et a corporis p̄ceritate decora facies demisso capillo ingenti et cana barba. Postremo ab externis quāquā leuēt et obiter vt cū eū dicit Juliani Popeū clarissimi iur̄ cōsul̄ et cōsul̄is generis fuisse. Suis generis est epla apud eundē. Petis vt fratris tui filiæ rē. Laudat em̄ Cunctiū ab honestate morū clara patriā clarisq; parētibus et ab ea maria verecundia quæ magistratus plurimos gesserat. Deinde a facie liberali et in genua a totius corporis pulchritudine et quā senatorio decore. Deniq; ab amplis facultatib; et maxio cēsu maiorū. Inueniūt etiā et apud et alios apd̄ ip̄m eplē simili artificio cōpositæ ex quibus vnicuiq; p̄optū est suæ eplē artē et rationes desumere. Totidē v̄o modis vitupatur quis quib; laudat. Quare sup̄ uacaneū videt̄ hoc adiicere. Ad hoc genus p̄tinēt nō modo boim; sed vrbū villarū montū et locorū descriptiones quæ plerūq; et orōnib; et eplis necessario incidunt. Cuiusmodi est apud Ciceronē Siciliae descriptio. In ijs aut̄ postremis specie intuemur et vtilitatē. Specie in maritimis planis amentis vtilitatē in salubribus fertilib; Ad dēndū illd̄ nullū esse genus cui pl; ornamēti liceat adhiberi aut in q̄ indulgere sibi plus possit orator. Nā et p̄ctice euagat̄ nōnūquā et sese velut extra p̄scriptas cācellas agit vti in panegiricis fieri videm; Sed eplē suis est modus. In descriptionib; eiusmodi vtendū v̄bis quā maxime p̄p̄is et ornatiss et interdū letius agendū nec historice modo sed p̄ctice etiā. P̄ctice qd̄ vt cū amentissimā villā describēt̄ eandē musaz̄ nympharumq; cōuberniū eē dicimus. Quale est Vergilianū illd̄ in descriptione portus Carthaginiēsis cū inqt. Intus aquæ dulces viūq; seclia saxo Nympharū domus. Et enim si id in oratione non negatur cur etiam in epistola non liceat quæ et familiaris est et plerumq; ab ociosis scribitur non expectato etiam argumento. Et enim vt sit ars epistolis adhibenda solutius tamen est et liberius totum hoc descriptionis genus. Oratorum enim vt inquit fabius libro nono quardam iuncta est at quæ cōtexta seu perpetua soluta aliā qualis est in sermone et epistolis nisi cum aliquid supra naturam suā tractat vt de philosophia. Reput. et similibus rebus arduis. Porro vt quisquæ optime rem aliquam de-

scriptura nobis studiose imitandus. In locum quidem descriptio nobis  
Linius interdum et Salustius sicuti in alijs Plinius praesertim ubi vel  
regionis vel beluae alicuius ac ferarum piscium arborum herbarum florum folijs  
radicibus formam depingit ac veluti penicillo deformat. Plurimus enim  
in hoc genere valuit Plinius nec satis est unum eius auctoritatis exemplum  
inperisse. Legenda enim omnia quo ad eius fieri potest ac diligenda sunt  
optima quaeque ut non modo copiosius sed etiam varij ac multiplices fiant.

#### Deliberativum genus.

**N**unc ad deliberativum genus transeundum quod multas species com-  
plectitur epistolarum. Nam et suasio est et hortatio et dissuasio et  
hortatio et dehortatio et petitio et monitio et amatio et de quibus  
postea suo ordine dicetur. In primis vero notandum deliberativum genus  
quod suasio dici potest utilitate ac honestate definitur. Quamquam cum  
utile dicimus honestum etiam volumus intelligi quod nihil utile dici potest  
quod idem honestum non sit. Quare in hoc genere spectanda maxime ea est  
utilitas quae honestati coniuncta sit neque suadere et per suadere et dissuade-  
re hortari et dehortari petere monere possumus nisi ad supradictum scopum  
omnes (ut ita dixerim) stili sagittas collinearimus. Quibus tamen  
potius generis partes sunt honestum et utile.

quod nostri possi-  
bile nominantur quae ut dura videatur appellatio tamen sola est ut Quinti-  
lianus ait. Quas partes non omnes in omnem cadere questionem manifestum  
est quae ut docendum sit. Et si plerique numerum agunt a quibus ponuntur  
ut partes quae species sunt partium. Nam fas iustum aequum pius mansuetus  
et si qua adhuc adijcere quis eiusdem generis velis subijci possunt  
honestati auctore eodem Fabio. Invidiosum vero quod usque adeo etiam  
ad persuadendum valet ut in quibusdam causis de sola incunctitate sit  
deliberatio. Sed tamen demum maxime id valet cum honestatis speciem pre-  
se fert aliquam aut potius cum honestum etiam est ac laudabile nemo est enim a  
deo luxu solutus ut nihil in causa suadenda sequatur propter voluptatem. Quae  
ut honestum incundo adiudicium ita incundus honesto muniendum et adiuvandum.  
Sepe etiam utilitate despicienda esse dicimus ut honesta faciamus  
ut Opterginis damus consilium ne se honestibus dedant quamquam pituni  
sunt nisi fecerint. Et utilitas honestis praefertimus ut cum suademus ut bello  
punico servum armenium cum servum tunc poena capitali a re militari arcerentur  
auctore Marciano iuriscōsulto. Sed tamen nec hic plane concedendum est  
esse id in honestis liberis enim (ut Fabius ait) natura omnes homines  
et eisdem constare elementis et fortasse etiam antiquis nobilibus ortos  
dici potest et quantum servum homines tunc ut Seneca inquit. Comendaticia epistola  
a quibusdam sub deliberativum genere apprehenditur nam comendantes aliquem alicui

factum nostrum probare nitimur honestum facile atque utile esse. Nam lau-  
dantes eum quem commendamus honestam commendationem nostram ostendimus.  
Ac primum quidem in hoc genere utimur principio aliquo velut  
captantes benevolentiam a modestia nostra ut cum dicimus nos timide  
ad id officium descendisse nec nisi precibus aliorum coactos ac etiam quos  
commendamus. Deinde describende eorum studia et mores dignos vel  
amicitia et familiaritate vel beneficio aliquo ac munere eius ad quem  
scribimus. laudamusque interdum eos a generis claritate aut a patrias sed  
multo efficacius ab ingenij doctrinaeque dotibus ut a modestia fide  
diligentia dicendi facultate aut alia quaque insigni eruditione. efficacis-  
sima tamen illa ratio est commendandi cum gratos illos et memores bene-  
ficio esse dicimus cum ingratis hominibus quicquid confertur perire  
quodammodo existimemur. De facultate autem necesse est ostendere posse  
ab illo ad quem scribimus hunc nostrum invariavit ornari quod etiam  
interdum per alios fieri potest nempe amicos eius ad quem scribimus  
Quibus generis exempla multa sunt apud Ciceronem et Plinium sed una  
epistola Pliniana sufficere potest cuius in secundo libro principium est.  
Et in occasiones obligandi me etc. et Horatiana illa brevis ad Claudi-  
um Maronem. Nam et hoc verum fieri potest quae illi septimum amicum suum  
magnopere commendat. Neque illud spectandum in primis ne quos com-  
mendemus indignos. Nam eiusmodi commendationis fere comes est  
penitentia quod et recte in epistolis praecipit Horatius ita scribens  
Qualem commendas etiam atque etiam aspice. Ne mor incutiant aliena tibi  
peccata pudore. Monitio quoque epistolae hortatoria et (quando  
contrario in eadem disciplina est) dehortatoria eadem prope modum ars  
et ratio est. Sed ubique praesenti utendum est consilio quod artis maximam  
partem tenet atque adeo valet ut praecipua omnia ab eo sumptis originem  
videantur. Petendi quoque ratio eisdem fere locis constat sed huic gene-  
ri adhibenda est remunerationis species aliqua. Quale illud est Vergi-  
lianum in Junonis ad Aeolium oratione petitio quae et ipso incredibili  
constat artificio. Sunt mihi his septem praestanti prope nymphae Quae  
rum etc. Quare ut res tota brevi pomerio circumscribat honestum utile  
facile seu possibile ad deliberativum generis substantiam in universum pertinet.

#### Judiciale genus.

**N**unc ad iudiciale veniendum est. Iudiciale genus quod multiplex est et va-  
rium officijs potissimum constat duobus intentionis ac depulsionis.  
Intentionem nunc dicimus accusationem cum pro crimine reo intendit. Depulsio  
nem cum reus obiectum crimine defendit et a se seculi amolitur. Itaque accu-  
sationem epistola obiurgatoria seu criminatio inuectivam seu vitu-  
perativam in his generibus reponimus quamquam et hoc ut sunt mixta inter se tria illa

genera subdemonstratio comprehendi possunt. Excusatio uero seu culpe deprecatio in predictis anumeramur in quibus omnibus argumentis pugnantissimis ac rationibus utendum est. Adiecerunt quidam mutua accusationem quae graecis.

latinis recriminatio dici potest cuius duo genera sabinus facit. Alterum quo ligationes hoc est idem crimen inuicem intentant. Alterum quo aliud et aliud. Difficile est autem in tanta causarum et argumentorum varietate huius generis in uniuersum praecipua colligere. Primum illud sine controversia aduertendum augere per amplificationem quae accusamur in alio sicuti quae obiecta sunt elidere aut repellere aut minuire quae in re ita in arte deficit nonnunquam oratio ut totos affectus effundat. Nam interdum in hoc genere optamus abominamur rogamus ac sollicitudinem quandam vel accusationis nostrae vel defensionis ostendimus cuiusmodi sunt haec. Utinam reuiviscat parens tuus. Et item dii prohibete malae et te nunc o Jupiter optime maximeque rogo etc. et in finita alia quae quanquam orationi magis conueniunt quam epistolae tamen quae omnes affectus recipit. In his igitur frequenter utendum breui exordio quod ad causam tota arte atque astu irrepimus uel cum uel accusantes aliquos uel culpam deprecantes infirmos nos esse dicimus et impares pro agentes ne nimia elati confidentia minima iusticiae ac probatis nostrae fidem faciamus. Cuiusmodi pro ceteris uisum messalae auctor est sabinus. apta enim sunt eiusmodi exordia et fauore emerentia quando natura his libenter fauimus quos laborantes uidemus et anxios nec sibi plus nimio fidentes inde illa uetere circa occultandam eloquentia simulatio et procul ab omni fastu positas simplexque ac submissa. Utendum etiam ne contumeliosis malignis superbiis maledictis in quosque hominem ordinem esse uideamur cuius generis exemplum hoc esse potest. Non sum nescius quam difficile sit sua innocentiam tueri aduersum te tam receptae auctoritatis uirum cuiusque tanta dicendi uis ut nihil non persuadere possit itaque fauoreabili apud oes ordines nomine ut uel tacens ipse communi omnium sensu ab eo absoluto crimine possit quod mihi nuper abs te obiectum iustissime in te torquereatur. Sentio quam duras partes sustineam quamque difficile munus sed necessarium tamen subierim respondendi tibi tam exigentia nulla eloquentia nostra cui etiam si quid erat ante hac uigoris totum id excusationis huius aetatis ademerit. Illud notandum aetate multum in hac parte iunari praecipio ut cum iuuenes nos dicimus aduersarios uetera nos ac emeritos qui uel solo rege uisum quantalibet uel doctrinam uel innocentiam nostras euincere possint. Aut si cum senectate nostram quam quietam ac placidam esse oportuerat ab his turbari dicimus qui etatis nostrae reuerentia timidiore esse debuerant ac uerecundiores.

L. Plinius aetio Clementi.

**S**ed quando uerba nostra liberalibus studiis floruerunt maxime flores multa claraque exempla sunt sufficerit nobis unum Euphrates Philo sophus hunc ego in Syria cum adolescens militare penitus et domi in spei amarique ab eo laborauit et si non erat laborandum. Est enim obuius et expositus plenusque humanitate quam precepit. Atque uerum sic spem ipse quam tunc ille de me concepit plenierim ut ille multum uirtutibus suis addidit. At ego nunc illas magis miror quam magis intelligo. Quamquam ne nunc quidem satis intelligo. Ut enim de pictore sculptore reficere nihil artifex iudicare ita nisi sit sapiens non potest percipere sapientem. Quantum tamen mihi dat cerneret multa in Euphrate sic eminet et elucens ut mediocriter quoque doctos aduertant et adficiant. Disputat subtiliter graui ornatos ac frequenter etiam Platonice illam sublimitate et latitudine effingit. Sermo est copiosus et varius dulcis inprimis et qui repugnantes quoque dicat et impellat. Ad haec proceris corporis decora facies demissus capillus iugens et cana barba quae licet fortuita et inania putentur illi tamen plurimum uenerationis accipiunt. Nullus horum in uultu nulla tristitia multum seueritatis reuerentis ut occursum non reformides. Vita sanctitas summa par comitas insectatur uitiam non boies nec castigat errantes sed emendat. Sequaris momentem attentum et pendens et persuadere tibi etiam cum persuaserit cupias. Ita uero liberi tres duo mares quos diligentissime instituit. Socrus Pompeius Iulianus cum cetera uita uel hoc uero magnum et clarum quod ipse praecipue hunc in altissimas conditiones generum non honoribus principum sed sapientia elegit. Quamquam quod ego plura de uirorum quae mihi frui non licet aut ut magis angar quod non licet. Nam distringo officio ut maximo sic molestissimo. Sedeo pro tribunali subnoto libellos officio tabulas scribo plurimasque illiteratissimas litteras. Soleo nonnunquam. Nam id ipsum quam doctus pertingit de his occupationibus apud Euphratem queri. Ille me commo laurum affirmat etiam esse hanc philosophiae et quod pulcherrimam praesagere negotium publicum cognoscere iudicare praeserere exercere iusticiae quae que ipsi doceant in usu habere. Mihi tamen hoc unum non persuadet satius esse ista facere quam cum illo dies totos audiendo discendoque sumere. Quo magis tunc uacat homo cum in urbem prime uenerit uentus ob hoc autem maturus illi te expoliendum limadumque permittas. Neque enim ego ut multum in uideo aliis bonum quod ipse careo. Sed contra sensum quodam uoluptateque percipio si ea quae mihi denegantur amicis uideo super esse.

L. Plinius Junio Naurico. S.

**P**etis ut fratris tui filie prospiciam maritum quod merito mihi potissimum in iugis scis enim quatenus sumum illum uix suspexeris dilexerisque quibus ille adolescentiam meam exhortationibus fouerit. quibus etiam laudibus ut laudandus uiderer effecerit. Nihil est quidem quod a te mandari mihi aut maius aut satius nihil quod honestius aut gratius a me suscipi possit quam

ut eligam iuuenē: ex quo nasci nepotes Aruleno Rustico doceat. Quē  
dam diu querendus fuisset: nisi peratus et quasi puulus esset Minuci  
Acilianus: qui me ut Iuuenis iuuenē (est enī minor pauculis annis)  
familiarissime diligit: reueretur ut senem. Nā ita informari a me et in  
situi cupiti ut ego a vobis solebā. Patria est ei Brixia: ex illa nostra  
Italia: que multus adhuc verecūdia: multū frugalitatis: atq; etiā rusti  
citas antiquerētinet ac seruat. Pater Minutius Macrinus: equestr  
ordīnis princeps: quia nihil altius voluit: Allectus enī a diuo Despa  
siano inter pratorios: honestā quicūq; huic nostræ (ambitioni dicā ad  
dignitatis) cōstantissime pretulit. Habet etiā maternam Sarranam  
Proculæ Municipio patavinō: Mostis loci mores: Sarrana tamē  
Patavinis quoq; seueritatis exemplū est. Cōtigit et cūcūculus ei. P. Aci  
lius (grauitate) prudentia) fide) ppe) singulari. In sumā) nihil erit indo  
mo) tota) qđ nō tibi antiquā in tua placeat. Aciliano vero ipsi plurimū  
vigoris) industrie. quiq; in maxīma) verecūdia) quæsturā) tribunatū  
praturā) honestissime) pcurrit: ac iam) p se tibi necessitatem ambiēdi) res  
māit. Est etiā illi facies liberalis: multo sanguine: multo rubore suffusa.  
est ingenua) totius corporis pulchritudo) et quidā) Senatorius decor:  
quæ ego nequaquā) arbutos) negligenda. debet enī) hoc castitati) puella  
rum) quasi) premiū) dari. Nescio) an) adiciā) esse) patri) eius) amplas) facul  
tates. Nā) eius) imaginor) vos) quibus) quærimus) generi) silendus) de) fa  
cultatibus) puto. eius) publicis) mores: atq; etiā) leges) ciuitatis) in) reos:  
quæ) vel) in) primis) census) hominū) spectandos) arbitrantur) ne) id) qui  
dem) prater) eundem) videntur. et) sane) de) posteris) et) his) pluribus) cogitā  
tibus) quoq; in) condicionibus) deligendi) penēdus) est) calculus. Tu) for  
tasse) putas) me) indulisse) amor) meo) supra) que) ista) quā) res) patitur) su  
stulisse. at) ego) fide) mea) spondeo) futurum: ut) oīa) longe) ampliora) quā  
a) me) predictantur) inuenias. Diligo) quidem) adolefcentem) ardentissime  
ut) mei) eris. Sed) hoc) ipm) amātis) est) nō) onerare) eū) laudibus. Vale.